

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

LIBER

humanarum rerum causas. Videtur autem primus de naturæ ratione scripsisse: ut Fauorinus in omnimoda tradit historia: lunamq; hanc sempiternam habere naturam dixit. Fuit autem perithi filius sicut & ipse in principio sui operis testatur alcmæon crotoniates hæc ait perithi filius brontino & leoni & bathyllo de inuisibilibus de immortalibus rebus manifestam quidem scientiam habent dii: quantum uero coniecere hominibus licet & cætera. Animam uero immortalem dixit: moueriq; iugiter instar solis.

Hippasus metapontinus.

Hippasus metapontinus & ipse pythagoricus fuit. ait autem diffinitum esse tempus mundanæ mutationis: finitumq; hoc totum esse ac semper moueri. Demetrius autem in homonymis refert illum nullum opus reliquisse. Fuerunt autem hippasi duo hic. s. & qui laconum rempublicam. v. libris comprehendit. Erat autem & ipse lacon.

philolaus.

Philolaus crotoniatæ filius pythagoricus & ipse fuit. ab hoc pythagoricos libros emendos ut curaret: dioni scribit plato. moritur autem suspectus quod tyrannidem inuadere moliretur. & nostrum est in ipsum sic.

Suspicio dico. cunctis est usq; cauenda.

Nil agis: infelix cum uidearis: agis

patria sic croton philolaum sustulit olim

Regnum affectantes credula habere manus.

Opinatur autem omnia harmonia ac necessitate fieri: terraq; secundum primum circum moueri dixit. Alii Icetam syracusanum id sensisse affirmant. Scripsit autem librum in quo hermippus quempiam scriptorem dixisse refert platonem philosophum cum in siciliam ad dionysium profectus esset emisse a philolai consanguineis argenti minas alexandrinæ. xl. atq; inde transcripsisse. Timæum alii platonem dicunt hæc a dionysio accepisse reluctantem licet abductum ex carcere adolescentem & philolai discipulis. Refert demetrius in homonymis pythagorica de natura rerum hunc primum edisse. quorum est initium primo in mundo natura coacta est ex infinitis ac finitis mundusq; totus & quæ sunt in ipso omnia.

Eudoxus.

Eudoxus æschini filius Cnidius astrologus geometra medicus ac legifer fuit. ac geometriam quidem ab archyta didicit. In medicina uero philistione siculo præceptore usus est: ut callimachus in tabulis ait. porro sotion in successione platonis quoq; auditorem fuisse scribit. Nam cum annum uigesimalium tertium ætatis ageret: summoque inter paupertatis angustias discendi studio flagraret socraticorum gloria percitum athenas contendisse cum theomedonte medico a quo & nutrirî solitum: nec defuerunt qui dicerent ipsius prædicam fuisse. Deuictus autem in pireum athenas quotidie ascendeat: ibi que cum sophistas audisset ad portum regrediebatur. Duos autem ibi menses